

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI AESTIVO A. CIOIOCCCLXXIII

AB DIE XV M. APRILIS

PUBLICICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

ADVERSARIORUM

PARTEM NONAM

F. V. FRITZSCHUS

PRAEMISIT.



LITERIS ADLERIANIS.

ADVERSARIA.

§ 10.

De nova editione Luciani.

Voluminis tertii editio, quod ego in tot muneris occupationibus jam pridem totum perfeci, non sane mea culpa sed aliorum non tamen sine literis amicorum stomachosis retardata est. Quis enim mancum et mutilum quam plenum atque integrum tractare opus maluerit? Videbam igitur quae volumina adhuc restant, ea quum aliis de causis cupide expectari, tum ideo quod eisdem fama percerebuit Vaticanorum quoque librorum scripturas contineri. Quum autem prius codicem no. 87 (℥) Romae conferri jusserim, ab eo potissimum Vaticano incipiam, cujus prope unius lectio proximo volumini inerit, non item libri 90 (Γ), qui conferri jussu meo coeptus est, quum ego quartum jam volumen attigissem. Unum olim Luciani quoque fuerat archetypum: neque tamen ut Aeschyli ut Cornelii Taciti aliorumque ita etiam Luciani codices, qui etiamnum plurimi exstant, ex uno codice omnes ita fluxerunt, ut pro unius codicis meris haberi possint apographis. Ita enim in Praefat. ad Luc. I, 1 p. 13 recte judicavi, id quod Siemonsenius, qui reapse mecum consentit, in Quaestt. Luc. p. 22 impugnare maluit quam intelligere. Nam inter omnes constat familias codicum nostrorum duas esse, neque lectorem sat adtentum et bene intelligentem fugere potest, ad utram classem singuli jure suo referantur. At ne sic quidem Siemonsenius laude fraudandus est, qui (in Quaestt. Luc. p. 1—21) ab mea editione et ubi illa deficeret ab Jacobitiana profectus locis additis et consensione monstrata codices plerosque suo cuique generi recte adsignaverit. Et ille quidem, qui Vaticanis libris uti nondum potuit, quod ego prae caeteris codices BACΨ duces elegerim ita conlaudat, ut tamen Vindobonensem (B) caeteris omnibus anteposuerit, egregium utique sed librorum codicem paucorum. Tum Erwinus Rohde, professor Kiloniensis, abs quo de nexu horum codicum et dignitate nuper (in 'Indice Philologi' m. Octbr. 1872 Nr. 10 p. 489 sq.) melius quam olim (Ueber Lucians Λόγιος p. 44) expositum est, codices nostros a duobus archetypi apographis eisque longe dissimillimis ut par est ipse quoque derivat. Priorem autem familiam BACΨ, quam ego sequi ducem soleo, E. Rhodius quoque concedit alteri in universum praestare: sed idem, ubi ad singulos locos ventum est, de tanta re etiam atque etiam dubitat et veretur, ne ego videri possim modum excessisse. Neque enim

priorem familiam repugnante altera sibi videri sine ulla dubitatione probandam, sed per multis in locis, quibus altera manum Luciani sola teneat, certo rejiciendam esse. Ita quum altera familiam alteram suppleat, saepe hoc unum relinqui, ut omnibus momentis quadam aurificis statera examinatis modo hanc modo illam electe sequamur. Postremo ubi duae duarum lectiones et eae bonitate pares de principatu contendant, tum vero rem omnino non liquere neque veram scripturam a mala correctione discerni posse, quum praesertim in his locis saepe neutra lectio videatur probari posse (in „Indice“ l. l. p. 489 sqq.). Respondeo tantum abesse, ut ego codices BAC Ψ caeco impetu ubique secutus sim, ut quod fieri Rohdus jubet id ipsum saepe fecerim reposita altera lectione et acriter defensa. Neque aut aliis in scriptoribus aut in Luciano dubium est, quin ubicunque neutra lectio satisfecerit, res redeat ad emendationem. Denique vel eis in locis, de quorum scriptura primo obtutu ambigere licet, graecitatis lex atticismi observatio et usus dicendi in Luciano ille admodum constans saepe ita scrupulum eximunt, ut tum quoque liqueat, quae lectio ad veritatem sit propensior. Nihilo minus laudo, quod E. Rohdus codicum $\Phi\Omega MF$ patrocinium suscepit idque factum gaudeo ob codd. maxime Vaticanos. Dico hic tantummodo libros duo, $I\mathfrak{A}$: nam plures Romae codices esse Lucianos modo (in *Indice Lectt. Hibern.* a. 1871 p. 3—8) ostendi. Quod ad codicem 90 (I') adinet, magnam ejus partem Rohdus ipse ita comparavit, ut et primam manum ubique dispiceret et diligentia pari scrutaretur secundam, de qua (in *censura* l. l. p. 491) conjecturam protulit ingeniosam. Nos manum dicimus primam; alteram nihil hic moramur. Ac bene, quod equidem nunc intelligere possim, eundem et ad alteram familiam revocavit et primo loco posuit hoc illorum codicum ordine: $I'\Phi\Omega MF$. Illud tamen Rohdio vel minime concedi posse arbitror, quod Vaticanum 87 ($\mathfrak{A}$) priori familiae tanquam longe optimum adjudicavit hoc ordine: $\mathfrak{A}BAC\Psi$ (in *censura* l. l. p. 489 et p. 491). Primum enim libri $I\mathfrak{A}$ toties tam amice inter se consentiunt, ut uni familiae ambo contribuendi sint: deinde codex $\mathfrak{A}$, qui et scholiis antiquis et plerumque altera manu caret, tum paullo recentior esse quam I' videtur tum certe est (uti nunc demum perspicio) aliquanto deterior. Testor crebras hujus libri interpolationes, quarum pars tantum in libro I' invenitur. At, dixerit quispiam, $I\mathfrak{A}$ ambo cum priore familia BAC Ψ saepe conveniunt. Nempe haec res ideo evenit, quod $I\mathfrak{A}$ codices sunt vetusti et in universum boni, denique eo, quod ut quisque codex maxime est antiquus, ita plurimum ex uno illo traxit archetypo. Quae quum ita sint, equidem duo illos Vaticanos non ad priorem BAC Ψ , sed ad alteram classem hoc ordine revoco: $I\mathfrak{A}\Phi\Omega MF$. Atque haec vere dicta esse ita in oculos incurret, si aut pro vera scriptura codicum BAC Ψ falsa in $\mathfrak{A}$ vel pro vera in hoc in illis falsa lectio creberrime inveniatur, aut si nunc in alterutris mala correctio nunc in utrisque disparis plane generis interpolatio*) saepe reperiatur, aut si (quod gravissimum est) quae verba in BAC Ψ male exciderint, eadem in $\mathfrak{A}$ bene servata sint vel si acciderit contrarium. Quorum omnium ratio etsi e variis lectionibus voluminis tertii dilucide cognosci poterit, tamen haud inutile fuerit unum alterumve exemplum jam nunc proposuisse. Nec longe nobis abeundum erit, sed uti ad eas res licebit primo statim dialogo mortuorum. Hic in § 3 certa est et palmaris

*) Codices BAC Ψ quanquam dolosa correctione liberiores sunt, tamen ipsos quoque jam saepicula interpolatos esse non fugit Rohdium (l. l. p. 489).

restitutio Hemsterhusi, quae in archetypo haud dubie adhuc legebatur: *πάντα μία Μύκνος*. At codices sic exhibent: *πάντα μία ἡμῖν κόνις* BAPΦF et vulgo (sed nova corruptela: *πάντα ἡμῖν μία κόνις* Ω, Ω2), verum solus A exhibet: *πάντα μιᾶς εἰκόνης*. Nempe proverbium, quod istorum captum superabat correctores certe mendosum esse rati duas codicibus intulerunt conjecturas plane illas quidem diversas, ambas tamen similes literarum archetypi ductibus, cujusmodi commenta hodieque critici adferunt minus eruditi. Unum ejusdem dialogi locum adjicio in § 2 extrema, ubi *διδάσκουσι τὸν νοῦν* absurde legitur. Et Guyeti quidem conjecturae, qua Hemsterhusius nihil putabat esse certius, *διδάσκουσι τοὺς νέους*, non favet A, qui novem verbis omissis jungit *διδάσκουσι κατηγοροῦντα* (hoc interductu), plane autem repugnat paullo post pro vulgata *φῆσουσι* vetus lectio *φάσκουσι* in A et *φάσκουσι* in BΨΦΩFΩ2. Quibus indicibus illa *τὸν νοῦν* haudquaquam mutanda sed ante haec verba lacunae signum ponendum esse liquido constaret, etiamsi ipsas Luciani voces Vaticanus A non praeclare servasset, qui pro his *διδάσκουσι τὸν νοῦν* sic exhibet: *διδάσκουσιν ἣν δὲ μὴ προσέχουσι τὸν νοῦν* —. Hinc nihil certius est, quam ita Lucianum scripsisse: *διδάσκουσιν. ΠΟΛ. ἣν δὲ μὴ προσέχουσι τὸν νοῦν, ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαιδέντιον εἶναι φάσκουσι κατηγοροῦντα τῆς σοφίας αὐτῶν; ΔΙΟΓ. σὺ —*. Nam pro vulgaribus *τί δ' ἣν μὴ προσέχουσι* —; vel ut est in Arist. Eccles. v. 799 sqq.: *ἣν δὲ μὴ προσέχουσι, τί;* haec quoque quae illo *τί;* caret, attica est syntaxis, velut in Aristoph. Avibus v. 371 sq. Sed quoniam et amicus modum in lacunis me tenuisse alicubi negat et Siemonsenius (Quaestt. L. p. 22), qui multis locis id optimo jure ab me factum esse concedit, tamen interdum temere lacunae signum positum vult: de hoc medelae genere quid mihi videatur, dicam in universum. Nullam ego unquam tractavi veterem papyrum (testor Hyperideas et Herculanenses), nullum codicem rescriptum neque graecum neque latinum, ut non in omnibus non nihil temere hic illic omissum fuisse deprehenderem: quod mendorum genus constat esse in antiquissimis. Neque semper haec facultas data est, ut aut verba elapsa codicis ope e fuga retrahas aut certe (id quod saepe accidit) lacunam ipsam et defectum certo codicis signo testimonioque confirmes: quo auxilio destitutis criticis magna sane opus est cautione. Attamen ab omnibus codd. ea saltem verba abesse prorsus necesse est, quae jam ex ipso codicum nostrorum archetypo temere exciderint. Quocirca ne omnium quidem codicum respectus locos arguere vetat lacunosos, si modo res ipsa codicibus obloquatur et reclamet. Postremo ne cupide de Vaticano A judicasse videar, jam nunc cumuli loco specimen lectionum addere placet, non illud studio quaesitum sed forte oblatum et e ,deorum dialogis' desumptum: plane enim sumsi, non elegi.

V.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΡΑΣ ΒΑΦ.

1. ἐξ οὗ] ἐξ οὗ A. — ὃ Ζεῦ om L. — τὸ Φρόγ.] τὸ om Ω. — ἀνήγαγες] ἤγαγες A. — τὸν νοῦν προσέχεις BAC, προσέχεις τὸν νοῦν AΨΩMLF et v. — ἀλυπότερον Δ, ἀλυπτότατον ὦν (sic) A. — ὁπόσαι] ὁπότ' A. — ὁμιλήσωσί μοι BACΨA, ὁμιλήσωσίν μοι Δ, ὁμιλήσωσιν ἐμοὶ v, ὁπόσαι ἄρα ὁμιλήσωσιν ἐμοὶ ΩFL.

2. οὐδ' ἐκεῖνο A, οὐδὲ ἐκεῖνα ΨΩLF. — ἐμὲ] με FL. — ἐπὶ τὴν γῆν om ΩFL. — μοιχέων a. — χρυσίον BACΔΨA abc, χρυσίον ἢ σάτυρος ΩMFLd. verba ἡ σάτυρος,

quae in prima edit. p. 10 recepi, possunt genuina videri, possunt eadem e similibus locis (ut e Prometh. II c. 17) interpolata esse. — ἀλλὰ ἐκείναι $\mathfrak{A}$. — καὶ om $\mathcal{A}$. — μένουσι FL. — δὲ BAC Ψ ΩFL, δ' v. — ἰδαῖον $\mathfrak{A}$ ΩΛMFL et v, εἰκαῖον BAC Ψ VTU. μένουσι. εἰκαῖον δ' ἰδαῖον τουτί c. — τουτί] τοῦτο MF. — θεῶν BAC Ψ et v, ἀστῶν Ω, ἀστῶν $\mathfrak{A}$ ΩMFL, male. — συνοικεῖ ἡμῖν ἐπὶ BAC $\mathfrak{A}$ ΩΛTVF (ita VF, de M non constat), συνοικεῖν ἡμῖν ἐπὶ d, συνοικεῖ ἡμῖν νῦν ἐπὶ Y, συνοικεῖν νῦν ἐπὶ J, συνοικεῖ νῦν ἐπὶ edd. (praeter d) ante Hemsterhusium. — ἐπαχθὲν] ἀνεχθὲν Ω, ἀνεχθὲν MFL. — δὴ τῷ F, δὴ (om τῷ) L. — οἰνοχόου $\mathfrak{A}$. — ἀπηγορεύκει $\mathfrak{A}$ ΩMFL, ἀπηγορεύκασιν BAC Ψ Ω et v. correxi ἀπηγορεύεσαν, quod commendat grammatica, rhetorica postulat. — ἄρα] ἡδη Ψ .

— διακονοῦμενος M. — τὸν κύλικα $\mathfrak{A}$. — λάβοις om L, λάβοις F, λαβῆς⁹ (sic) Ψ . — φιλήσας] φιλήσας BAN, φιλήσεις L. — ἀπάντων] πάντων ΩFL. — ὁρώντων, καὶ] ὁρώντων, ἡ καὶ BAC $\mathcal{M}$ (ita M) Ψ . — πιεῖν] ποιεῖν $\mathfrak{A}$. — ὅτε δὲ BAC Ψ ὅτε δὲ $\mathcal{A}$, ἐνίοτε δὲ $\mathfrak{A}$ et v, ἐνίοτε γε ΩMFL. — ὅτε δὲ — καὶ φιλήσας] in ipsum Jovem translatae sunt deliciae juvenis amore diffluentis, quas eodem modo scriptores describunt erotici, velut Achilles Tatius II, 9 et Aristaenetos Ep. XXV, ubi Abreschius p. 157 plura addidit. — ὅσον ὑπόλοιπον] ὅποσον εἴ τοιπὸν $\mathfrak{A}$, ὅσον ἐπὶλοιπον FLd. — ὁ παῖς BAC $\mathfrak{A}$ ΩMFLd, αὐτὸς v. — ἐπιεν F. — ἵνα καὶ] καὶ om L. — ἀπάντων] ὁ πάντων F. — ὁ πώγων BAC $\mathcal{N}$ Ω Ψ , πώγων $\mathfrak{A}$ ΩF et v. — καθήμενος L. — ἅπαντα οὖν BAC $\mathcal{A}$ Ω Ψ , πάντα οὖν $\mathfrak{A}$ ΩM et v, πάντα (om οὖν) L.

3. ἦν] εἰ L. — προτιμότερον] ποτιμώτερον $\mathfrak{A}$ Ω soli, ποτιμώτερον L. — οἰομένην] $\mathfrak{A}$, οἰομένη M, cui repugnant et quae praecedunt et quae sequuntur. — λόγοι] οἱ λόγοι ANF soli. — Φρυγί] παιδί Ψ . — οὕτως] τῷ $\mathfrak{A}$ ΩFL. — ἐκτεθλυμμένην Hemsterhusi editio, ἐκτεθλυμμένη BAC $\mathfrak{A}$ Ω Ψ ΩΛMFLJabe et lemma scholii. vide Cobetum V. L. p. 225. — μὴ μοι λοιδοροῦ BAC Ψ , μὴ μου λ. $\mathfrak{A}$ et v, μὴ λοιδοροῦ ΩMFL. — ὃ γενναῖα ΩMFL. — οὕτοι] οὕτος AC $\mathcal{A}$ Ω Ψ . — μαλακὸς] μαλακὸς $\mathfrak{A}$. — ἡδίων καὶ BAC Ψ et v, ἡδίων ἐμοὶ καὶ $\mathfrak{A}$ ΩMFL, quod natum videtur ex § 2: τὸ φίλημά σοι ἡδίων τοῦ v. — δὲ om $\mathfrak{A}$.

4. εἶθε καὶ om $\mathfrak{A}$. — γαμήσεις $\mathcal{A}$. — ἐμοῦ γε ἔνεκα Ψ ΩΛF cum Hemsterhusio, ἐμοῦ γε οὐνεκα BC, ἐμοῦ γε οὐνεκα A, ἐμοῦ ἔνεκα $\mathfrak{A}$ et v. — δ' οὖν F, ut olim edidi, δοῦν Ω, οὖν $\mathfrak{A}$, δὲ L, γοῦν BAC Ψ Ω et v. — οἶα — τοῦτον] οἶα διὰ τὸν οἰνοχόον μοι τοῦτον $\mathfrak{A}$, διὰ τὸν οἰνοχόον τοῦτον οἶά μοι Ψ . — ἔδει] γῆς L. — ἡμῖν om $\mathfrak{A}$. — ἀποθεμενόμενον BC $\mathfrak{A}$ Ω Ψ ΩΛNMF, ἀποτεθειμένον; A, ἀποθέμενον J, ἀποτιθέμενον v. — αὐτοῦ BAC $\mathfrak{A}$ Ω Ψ ΩΛNFLM, αὐτῶν v. — καὶ ἐπισπασμένους γε BA $\mathfrak{A}$ Ω Ψ , καὶ ἐπισπασμένους γε C (diserte), ἐπισπασμένους τε (om καὶ) ΩMF, καὶ ἐπισπασμένους (om γε) v. — μεταξὺ, οὐδ' (om ὅν) BC, μεταξὺ; οὐδ' A, sed in marg. cum linea (indice corruptionis). —

ἀσβόλου¹⁰ A, ἀσβόλης $\mathfrak{A}$ Ω Ψ . — καταιθαλωμένον L. ceterum eodem joco utitur Juvenalis XIII, 44 sq. — ἡδῖω ταῦτα BC $\mathfrak{A}$ Ω Ψ ΩΛMFLY. nova persona ante ἡδῖω ταῦτα; (sic) A, "Hρα. ἡδῖω ταῦτα. Ζεύς. οὐ — V, ἡδέως ταῦτα v, errore e superioribus petito. — καὶ (ante παρὰ πολὺ) om ΩFL. — ὁ οἰνοχ.] ὁ om ΩF. — ἔπρεπε BAV $\mathfrak{A}$ Ω Ψ , ἐμπρέπει ΩF et v, quae mera est conjectura. in tali l. ne dicit quidem noster ἐμπρέπειν, sed potius ἐπιπρέπειν. — γαννυμένης $\mathfrak{A}$, γαννυμένης F. — κατάπεμπτος MF, καταμειμπτός L. — εἰς] εἰς MFL. — καθάριος BAC $\mathcal{A}$ Ω Ψ , καθαρὸς ΩFM (ita M) et v. καθάριος Cobetus V. L.

p. 82, quod qui comicis primus bene vindicavit Meinekius ad Menandr. p. 271 ed. pr., tamen vulgare καθάριος plane ejiciendum esse negavit, codicum reverentia tactus, qui in sermone pedestri ubique reluctantur. — γὰρ] δὲ F. — ἔκπομα BACΨΩΔMF, ἔκπομα v. — ὅ γε λυπεῖ A, ὅ σὲ λυπεῖ F, ὅ λυπεῖ σε Δ, ὅ σε μάλιστα λυπεῖ Ψ. — καὶ φιλεῖ] ita recte libri omnes, etiam F, in quo καὶ supra scriptum est. vide Quaestt. L. p. 184.

5. νῦν καὶ] καὶ om ΩM. — ὁ Ἡφαιστος ὦ Ζεῦ M. — ἀσβόλης μεστὸς ΨΨ, ἀσβολούμενος Δ. — ἐξ οὗ BΨΨ, ἐξοῦ ACΔ et v, ἐξ οὗ ΩMFL. — τοῦτον κομήτην Ω, τοῦτον (om κομήτην) Ψ. — ἡ Ἰδὴ ἀνέτρεψε BACΨΩΔ et v, ἡ Ἰδὴ ἡμῖν ἀνέτρεψε M, ἡμῖν ἡ Ἰδὴ ἀνέτρεψε FL (ita L). — οὐδὲ οἱ ΩΨMFL. οὐδὲ ἡ BACΨMFL, οὐδ' ἡ v. —

μη οὐ πίνειν M, τοῦ μη πίνειν F. — μηδὲν ἄλλο BA, μηδὲν pr m οὐδὲν sec C (ita C). — παρὰ] περὶ Ψ. — ἔκπομα BACΨΩΔMFNLJ, ἔκπομα v. — δ' ὦ Ψ. — γαννύμηδες Ψ, γαννύμιδες F. — ἀναδίδου] δίδου ΩMFL. — ἐκάστης L. — φίλει με] φίλει ἐμὲ Δ. — ὀρέγεις BΨ et v, ὀρέγεις ACΨΩΔMFLJ et (?) V. — κατ' αὐθις Ψ, κατὰ αὐθις B, κατὰ αὐθις ACΩΔ, καὶ αὐθις Ψ et v. — ὁπότε] ὅτε ΨL. — ἀπολαμβάνοις BΨJ et v, ἀπολαμβάνεις ACΨM et (?) V, λαμβάνοις Δ (ita Δ), λαμβάνεις ΩFL. — τί τοῦτο; δακρύεις; Belinus pro τί τοῦτο δακρύεις; — μη δεῖδιδι Y, μη δέιδιδι et γὰρ om L. — θέλη BACΨ, θέλη ΨΩΔMFL et v. videtur comoediae novae versus fuisse hicce: οἰμώζεται γὰρ, ἦν σέ τις λυπεῖν θέλη. syntaxis est eadem in Arist. Thesmoph. v. 248.

VI.

1. τοῦτον ὦ ACΨΩΔMF, τοῦτον ὁρᾷς ὦ B, τοῦτον ὁρᾷς ὦ ΨΔ et v. — ποῖόν F. — τὸν om F. — ἡγῇ ἄνθρωπον εἶναι; ZETΣ. χρ. Ψ. — ξυμποτικὸν — ξυνῆν — ξυνίστω Ψ. — ἀλλ' ἀλλὰ BAΨΩΔMF. — ἐστὶν BAMF, ἐστὶ v. — γε om Ψ. — δαὶ BACJabc, δέ σε Ψ, δὲ ΨΩF et v. χρῇ] χρῆσθόν V et qui χρῆσθ' Δ (ita Δ) — — τί δὲ ἄλλο Ψ, τί γὰρ ἄλλο; ΩMF. — καίτοι ΨΩMF, καί τε Ψ, καὶ γε BACΔ, καὶ γὰρ v. — τοιουτοῦ F. — ἐτόλμησεν Ψ, ἐτόλμησε caeteri et v. — διατοῦτο BAF. — καὶ μάλλον] μάλλον Ψ. — ὅσῳ καὶ αἰσχροῖς BACNΨ, ὅσῳ καὶ αἰσχροῦ pr m, αἰσχροῖς sec m Δ (ita Δ), ὅσων καὶ αἰσχροῖσιν M (ita M), ὅσων καὶ αἰσχρῶν U et fortasse V, ὅσον καὶ αἰσχροῖς Ω, ὅσον καὶ αἰσχροῖς J, ὅσῳ αἰσχίουσιν Ψ, ὅσον καὶ αἰσχίουσιν F, ὅσον καὶ αἰσχροῖς v. Cobetus V. L. p. 227: 'etiam sine libris scribendum erat ὅσῳ καὶ αἰσχίουσιν pro αἰσχροῖς.' atqui sciebat antiquam lectionem ὅσῳ καὶ αἰσχροῖς ab Abreschio Dilucc. Thucyd. p. 337 et p. 648 defensam nos omnes edidisse, comparatis etiam D. Mort. VI, 3, Alexand. 2 fin. Harmonid. 3, Pro Lapsu 12, Imagin. 17. ὅσῳ positivo junctum imitari et 'quanto' vertere Tacitus solet, ut in Annal. I, 68. — μὴν δ' οὖν ΨΩMF. — ἐπείρα] πειρᾷ ΩM, πειρᾷ F. — συνιμι Δ. — ὁποῖόν τι om Ψ. — τὸ αἰσχρὸν αὐτοῦ, ὃ σὺ Ψ recte, τὸ αἰσχρὸν αὐτὸ ὃ σὺ BAC, ὃ σὺ etiam Δ, τὸ αἰσχρὸν ὅπερ ἄν σὺ ΨΩMF, τὸ αἰσχρὸν ὅπερ ἄν v.

2. αὐτήν] ταύτην ΩMF. — ὦ Ζεῦ οὐκ ἄλλην τινὰ F. — ἀφεώρα] ἐώρα ΩM, ἐφεώρα Δ, ἀμφεώρα J. — ἐς] εἰς ΩF. — ὁ δὲ καὶ ἔστεινε BACΔΨ et v, ὁ δὲ καὶ ἔστεινε om ΩF, sed ὅτε δὲ καὶ ὑπέστεινε Ψ, ὅτε δὲ καὶ ἔστεινε M, uti Solanus divinarat: quod ipsum jam in prima edit. p. 14 ego solus summo jure recepi. — ὑπεδάκρυεν F. — παραδοίην BACΨΨ et v, ἀποδοίην ΔM, ἀναδοίην ΩF. ἀναδοίην quum ego in prima edit. recepissem, id quidem C. F. Hermann non probavi, qui hoc verbum ita dici male negabat. at

vide D. D. IV, 4, ibid. V, 5 et Aristoph. Acharn. v. 233. — Γαννυμήδει $\mathfrak{A}$, Γαννυμήδη M. — ἔκπωμα libri, ἔκπομα edd. vett. — λαβῶν] λαχῶν Ψ . — ἀφεώρα] ,pro ἀφ in B primo aliud quid scriptum erat'. — εἰς ἐμὲ Ω MF. — ταῦτα δὲ ἤδη BAC Ψ Ω $\mathfrak{A}$ MF, ταῦτα ἤδη v. — συνίειν F, συνίην $\mathfrak{A}\Omega$ et v; συνήειν A Ψ , συνήειν B. — παύσεσθαι BAC $\mathfrak{A}$ Ψ Ω AMN, παύσασθαι v. — ἐγὼ μὲν αὐτὸν ἀφῆκα ἔτι δακρ. $\mathfrak{A}$. — προκυλινδούμενον BAC Ψ Δ et v, προκυλινδούμενον μοῦ MF, προκυλινδόμενον μου Ω , προκυλινδόμενον μου $\mathfrak{A}$. ita partim confirmatur attica forma προκυλινδόμενον, probata illa Cobeto V. L. p. 134 et recepta ab Dindorfio. — μηδὲ] μὴ $\mathfrak{A}$. — ἀπῆλθον] ἄπερ ἦλθον $\mathfrak{A}$ et mox δ' αὐτὸς et πῶς pro ὅπως. — αὐτὸς] αὐτὸν Δ (ita Δ , non item M, qui αὐτὸς ut vulgo). — μέτει] μετη Ω .

3. εὖγε ὁ κατάρατος ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν plerique libri etiam A (ita A), εὖγε ὁ κατάρατος· ἐμὲ αὐτὸν; fortassis J, αὐτὸν pro αὐτὸν abc; verba ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν καὶ om Ω F. — μέγρι τῆς Ἥρας M solus. — ἀλλ' ἡμεῖς — ἐποιησάμεθα Juno loquitur in M et fortassis in B. — καὶ πέρα τοῦ μετρίου φιλάνθρωποι BAC Δ et v inepte, καὶ τοῦ μετρίου πέρα φιλάνθρωποι Ψ , καὶ τὸ πέρα τοῦ μετρίου φιλάνθρωποι Ω M, sed καὶ τὸ πέρα τοῦ μετρίου φιλάνθρωπον $\mathfrak{A}$ F, ut in prima edit. p. 15 ego conjeceram et recte quidem. — συγγνωστοὶ γοῦν F, συγγνωστοὶ (om οὖν) AC. — οἶα] οἶον A, ὁποῖα $\mathfrak{A}$. — οὐποτε] οὐδέποτε $\mathfrak{A}\Omega$ MF soli. — ἐπεθύμησε pr m A (ita A). — ὁ δ' BAC Ψ Ω , ὁ δὲ $\mathfrak{A}$ F et v. — βίαιόν τι] τι om F. — μόνων ἄρχει Δ , ἄρχει μόνον F. — ἡμῶν αὐτῶν] αὐτῶν ἡμῶν Ω . — HPA. om F. — οὐτός γε] γε οὗτος $\mathfrak{A}$, οὗτος (om γε) Ψ Ω F. — φέρει] φέρει σε Ψ . — καὶ ἐπη] καὶ σὺ ἐπη Ω MF soli, quod olim minus bene recepi. — ἐνθα ἡγεῖται σοι Δ . — ἐς] εἰς F. — κελεύση] η in rasura in A, κελεύησε Ω , κελεύη σοι M, κελεύη σε F. — ante καὶ νῦν persona Junonis in F. — τῷ Ἰ. οἶδα καθότι συγγ. BAC Ψ $\mathfrak{A}$ et v, οἶδα ἐγὼ καθότι τῷ Ἰ. συγγ. Ω MF. — ἄτε καὶ] οἶα τε καὶ $\mathfrak{A}$. — ποτὲ αὐτοῦ] αὐτοῦ ποτε Ψ , αὐτοῦ (om ποτὲ) Ω . — Πειριθόουν M, Πυρίθουν Ψ . — ἔτεκε F.

4. ἐκείνων] κείνων BAC. — ἐπαῖξα] ἐπραξα $\mathfrak{A}$. — ἐς γῆν] εἰς γῆν Ω F, εἰς τὴν γῆν $\mathfrak{A}$. — ἀτὰρ σὺ οἶσθα MF, ἀτὰρ σὺ ἤσθα Ω . — ὁ μοι] ὁ τι μοι $\mathfrak{A}$. — μηδαμῶς] μὴ δὲ ὅλως F, οὐδὲ ὅλως Ω M. — μηδ'] μὴ δὲ A, μηδὲ B $\mathfrak{A}$ MF. — ἐπεὶ δ'] ἐπεὶ δὲ B $\mathfrak{A}$ MF. — τί ὦ $\mathfrak{A}\Omega$ MF et v, ὦ (om τί) BA Δ Ψ . — τι ὑβριστικὸν] ὑβριστικόν τι $\mathfrak{A}$. — εἵπης] εἵποις Ψ F. — οὐδαμῶς] μηδαμῶς $\mathfrak{A}\Omega$ MF. — ἀλλ'] ἀλλὰ $\mathfrak{A}$. — πλασάμενος F et cum ras. Ω . — ἀγρυπνῇ BAC $\mathfrak{A}$ Ψ Ω AMNF, ἀγρυπνεῖ edd. ante Hemsterhusium. — παρακατακλ. BAC Ψ Δ et v, παρακλίνωμεν $\mathfrak{A}$, συγκατακλίνωμεν Ω MF. — ἂν παύσαιτο BA $\mathfrak{A}\Omega$ M, ἀναπαύσαιτο F, παύσεται Ψ , παύσαιτο v. — οἰήθεις] οἶσθεις A. — ὥρασιν Jacobitius, ὥραισιν libri omnes et scholiasta, qui Lucianum miratur non ὥρας scripsisse. — ἤκοιτο F. — αὐτὸν] αὐτῶν $\mathfrak{A}$. — ἐπιθυμιῶν BAV. — ZETZ. om pr m F. — ἡ τί γὰρ AC Δ , ἡ τί γὰρ B, τί γὰρ $\mathfrak{A}\Psi$ Ω MF et v. — καὶ πάθοις] καὶ om Ω MF. — πλάσματος] πράγματος F. — συνέσται:] συνεστάναι AC, ξυνεσται Δ , σύνεστι F, συνεστάναι δόξει Ψ , συνέσται δόξει M, συνέσται sed in ras. Ω .

5. HPA.] ζεῦς pm F. — ἀλλ' ἡ Ω F, ἀλλὰ η BAC Ψ $\mathfrak{A}$ Δ et v. — δόξω εἶναι F, εἶναι δόξω BAC $\mathfrak{A}$ Ψ Ω Δ et v. correxi: εἶναι δόξει. nam δόξει hic lectum fuisse patet e lectionibus συνέσται δόξει et συνεστάναι δόξει. — ἦξει $\mathfrak{A}\Omega$ Δ MF ex interpolatione, sed ποιήσει BAC Ψ et v. pro ποιήσει correxi ποιείσθαι. ,at, inquit, nubes illa ego esse et in me committi turpitudine videbitur.' vitium ποιήσει e vitio δόξω natum multi defendere ausi sunt, in his Goeller ad Thucyd. II, 8 (T. I p. 235). sed Cobetus V. L. p. 227 ita

conjecit: εἶναι δόξει καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ περίεσι —. hoc igitur vidit, ποιήσει intel-
ligi non posse. at verbum ipsum mordicus tenendum erat, non temere mutandum. vide
Luc. Conviv. § 34 fin. — ζεὺς Fa m sec. — τοῦτο φήσ] τοῦτ' ἔφην F. — ποτὲ om A. —
ὁ δ'] ὁ δὲ F. — μόνον om A, pro eo μόνος F. — ἀλλὰ οἱ πάντες ἄνθρωποι BACΨ,
ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι (om πάντες) A, ἀλλὰ οἱ πάντες οἱ ἄνθρωποι ΩF, ἀλλὰ, οἱ πάντες
ἄνθρωποι vulgo et recte quidem. syntaxis est rara illa quidem, sed Homérica. vide Jl.
X, 653 sq. — κατελθὼν ἴσως καὶ] καὶ κατελθὼν ἴσως F. — ἅπασιν] πᾶσι AΩMF. — σύλ-
λεπτος εἶναι τῷ Διὶ] locutio est ab tragicis sumta. vide vel Eurip. Herc. F. v. 1. —
τάχ' ἂν ἐρᾷν Poppo, τάχα ἐρᾷν BACΩF et v, τάχα καὶ ἐρᾷν AM. — αὐτοῦ] αὐτῷ A. —
πιστεύουσιν ΨF. — εἶπη] εἶποι ΩMF. — εἰς τὸν ἔδην A, εἰς ἔδην ΩM, εἰς ἔδην F. —
ἄθλιος] ὁ ἄθλιος Ψ. — συμπεριενεχθήσεται BACΨΩFJ, συμπεριενεχθήσεται edd. vett.
et diserte A. — δίκην διδούς οὐ τοῦ ἔρωτος, οὐ γὰρ δίκαιον (sic) τοῦτό γε, ἀλλὰ τῆς
μεγαλαυχίας A, δίκην διδούς οὐ τοῦ ἔρωτος, οὐ γὰρ δεῖ δεινὸν τοῦτό γε, ἀλλὰ τῆς μεγα-
λαυχίας ΩM, διδούς δίκην (sic) οὐ τοῦ ἔρωτος, οὐ γὰρ δεινὸν δὴ (δὴ δεινὸν Δ) τοῦτό γε,
ἀλλὰ τῆς μεγαλαυχίας ΔF, διδούς δίκην (sic) τοῦ ἔρωτος, οὐ γὰρ δεινὸν τοῦτό γε ἀπὸ
τῆς μεγαλαυχίας Ψ, δίκην διδούς τοῦ ἔρωτος. οὐ γὰρ δεινὸν τοῦτό γε ἀντὶ τῆς μεγα-
λαυχίας BC, δίκην (sic) διδούς τοῦ ἔρωτος. nova jam persona: οὐ γὰρ — μεγαλαυχίας
(haec eodem modo quo in BC) A, δίκην διδούς τοῦ ἔρωτος. HPA. οὐ γὰρ δεινὸν τοῦτό
γε ἀπὸ τῆς μεγαλαυχίας edd. ante Schmiederum et (qui HPA om) J. in prima edit.
p. 17 ego cum Lehmanno et partim Schmiedero ita scripseram: δίκην διδούς οὐ τοῦ ἔρω-
τος (οὐ γὰρ δὴ δεινὸν τοῦτό γε), ἀλλὰ τῆς μεγαλαυχίας, caetera recte, praeterquam quod
δὴ male adjecimus, quod delendum fuisse nunc docent codices postea excussi.

INDEX LECTIONUM.

In ordine theologico.

- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O., 1) privatim ecclesiae apostolicae historiam et apostolorum doctrinam quinque diebus h. IX tradet; 2) privatim theologiam moralem quinque diebus h. X docebit; 3) publice in Seminarii sodalitate homileticas sodalium exercitationes die Saturni h. IX et h. X moderabitur.
- D. Fridericus Adolphus Philippi, P. P. O., h. t. Decanus, 1) privatim symbolice et polemicen docebit sive doctrinam ecclesiasticam exponet et defendet septenis p. h. scholis, quinque h. XI et die Saturni h. III et h. IV; 2) privatim Pauli Apostoli epistolas minores explicabit quinque p. h., h. XII; 3) publice conversatorium exegeticum moderabitur binis horis definiendis.
- D. Joannes Bachmann, P. P. O., I) publice Geographiam terrae sanctae adumbrabit binis p. h. scholis, hora defin.; II) privatim 1) Genesin explicabit quinque p. h. scholis, hora VII; 2) Vaticinia Joelis, Amosi, Obadjae et Michae interpretabitur quinque p. h., hora IV; III) privatissime sed gratis in Conversatorio exegetico Jesajae capp. XIII sqq. explicanda proponet, binis p. h. scholis, die Veneris hora VI vesp.
- D. Augustus Guilielmus Dieckhoff, P. P. O., 1) privatim historiae ecclesiasticae partem primam quinque p. hebdomadae h. VIII, 2) privatim historiam doctrinae protestantium quinque per hebdomadae h. III tradet, et 3) publice exercitationes catecheticas in Seminario die Saturni h. XI et h. XII moderabitur.
-

In ordine juridico.

- D. Otto Mejer, P. P. O., h. t. Decanus, docebit 1) jus publicum germanicum quinque p. hebdomadae h. XI, 2) encyclopaediam jurisprudentiae quinque per hebdomadae h. c.
- D. Hermannus Augustus Schwanert, P. P. O., h. t. Academiae Rector, 1) Institutiones Juris Romani docebit senis per hebdomadae scholis hora IX; 2) Theoriam processus civilis tradet senis scholis hora X; 3) Relatorium instituet die Martis hh. III—V vel aliis commodis.
- D. Hugo Boehlau, P. P. O., 1) historiam juris Germanici tradet quinque p. h. scholis h. XII; 2) jus mercatorium et cambiale docebit sexies h. X.

- D. Carolus Dugge, P. P. O., docebit 1) jus criminale tam commune quam Mecklenburgicum particulare sexies h. VIII; 2) processum criminalem tam communem quam Mecklenburgicum particularem quater h. IX.
- D. Augustus Thon, P. P. O. des., docebit 1) historiam juris romani quinques p. hebd. h. c., 2) Pandectarum partem generalem quinques per hebd. h. c.

In ordine medico.

- D. Hermannus Stannius, P. P. O., adversa valetudine impeditus lectiones nullas habebit.
- D. Theodorus Thierfelder, P. P. O., 1) pathologiam et therapiam specialem quaternis diebus h. IX docebit; 2) de aegrotis policlinicis disseret die Mercurii h. IX; 3) exercitationes practicas in clinico medico diebus Lunae, Mercurii et Veneris hh. X et XI moderabitur.
- D. Hermannus Rudolphus Aubert, P. P. O., 1) publice encyclopaediam et methodologiam scientiae medicae diebus Lunae et Jovis hora III—IV, 2) privatim physiologiam (functiones vegetativas) quotidie hora IX—X docebit; 3) privatissime exercitationes physiologicas bis per hebdomadem ternis horis moderabitur.
- D. Theodorus Ackermann, P. P. O., 1) privatim pathologiam generalem diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. III, 2) privatim materiam medicam diebus Martis et Jovis h. III tradet; nec non 3) privatissime exercitationes practicas in instituto pathologico diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. IV et V moderari perget.
- D. Guilielmus de Zehender, P. P. O., h. t. Decanus, 1) ophthalmologiam quaternis p. h. horis IX—X docebit; 2) exercitationes practicas in clinico ophthalmiatrico diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. XII—II moderabitur; 3) cursum operationum, quae in arte ophthalmiatrica adhibentur, horis definiendis reget.
- D. Franciscus Koenig, P. P. O., 1) akiurgiam quaternis diebus hora X atque exercitationes practicas in akiurgio horis definiendis docebit; 2) exercitationes practicas in clinico chirurgico hora XI et XII diebus Martis, Jovis, Saturni moderabitur.
- D. Fridericus Schatz, P. P. O., 1) de partu normali et enormi ter p. h. disseret hora VII; 2) operationes quae in arte obstetricia adhibentur, ope corporum artificialium exercendas moderabitur bis p. h. hora VII; 3) in clinico gynaecologico exercitationes practicas quinques p. h. moderabitur hora VIII.
- D. Fridericus Sigm. Merkel, P. P. O., 1) publice anthropologiae capita selecta horis singulis, 2) privatim anatomiae systematicae partem secundam (angiologiam et neurologiam) quinques p. h. h. XII—I docebit; 3) privatim histologiam generalem una cum exercitationibus pract. quater horis definiendis moderabitur.

- D. Guilielmus Brummerstaedt, 1) morbos mulierum tractabit quaternis p. h. horis; 2) methodum explorationis gynaecologicae exponet; 3) cursum operationum quae in arte obstetricia adhibentur moderabitur.

In ordine philosophico.

- D. Franciscus Volmarus Fritzsche, P. P. O., Academiae Senior, privatim 1) ternis diebus h. XI Lysiae aliquot orationes explicabit; 2) binis diebus h. XI Q. Horati Flacci carmina selecta inprimis lib. III interpretabitur; 3) historiae litterarum graecarum partem alteram (ab a. 285 ante Chr.) persequetur bis hora II. Denique exercitationes Seminarii philologici moderari perget, in quo Aristotelis liber de arte poetica et Ciceronis Brutus tractabuntur.
- D. Joannes Roeper, P. P. O., 1) privatim docebit elementa anatomes plantarum die Saturni h. X—XII; 2) privatim botanice generalem exponet demonstrationibus et exercitationibus illustrandam quinque diebus h. XI—XII; 3) publice itinera botanica instituet die Saturni.
- D. Eduardus Danielus Henricus Becker, P. P. O., privatim 1) agros metiendi doctrinam tradet sexies p. h. h. III; 2) culturam plantarum agrestium quater p. h. docebit h. X.
- D. Ludovicus Bachmann, P. P. O., privatim 1) ter per hebd. Herodiani Historiarum libros VIII interpretabitur; 2) ter per hebd. Juvenalis et Persii Satiras explicabit; 3) privatissime quater per hebd. Mythologiam Graecorum tractabit.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O., docebit privatim: 1) geometriam analyticam quater p. h.; 2) physices experimentalis partem primam (physicam generalem, acusticam, opticam) quinque p. h.; 3) geologiam quater p. h.
- D. Franciscus Ferdinandus Schulze, P. P. O., 1) chemiam universalem docebit et experimentis illustrabit sexies per hebd.; 2) exercitationes chemicas moderabitur, vel bis p. hebd. horis quaternis, vel quotidie horis antemeridianis necnon pomeridianis; 3) exercitationes agronomicas instituet horis definiendis.
- D. Hermannus Roesler, P. P. O., h. t. Decanus, quinque per hebd. docebit: 1) oeconomiam politicam hora VIII; 2) administrationem rei finanziariae et militaris hora IX.
- D. Fridericus Guilielmus Schirrmacher, P. P. O., 1) privatim: historiam nationis Germanicae a Caroli V. electione docebit quinque diebus h. XII; 2) publice: historiam Graecorum a bello Peloponnesio usque ad Alexandri Magni tempora deducet binis diebus h. XI; 3) publice: seminarii historici exercitationes moderari perget ternis diebus.
- D. Henricus de Stein, P. P. O., 1) logicam et metaphysicam docebit quinque p. h. diebus h. IV—V; historiam philosophiae inde ab ecclesiae patribus usque ad novissima tempora deductam enarrabit quinque p. h. diebus h. V—VI.

Bibliotheca extra ferias patebit quaternis diebus h. XII—I, festis diebus et solis die exceptis et praeterea quolibet Mercurii et Saturni die h. XI—I. **Museum** autem die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Peregrinas linguas ut Anglicam discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui alias quasdam artes liberales profiteantur.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

Hermannus Schwanert, J. U. D.

Praesidet ordini Theologorum Fridericus Philippi, Th. D.

Jurisconsultorum Otto Mejer, J. U. D.

Medicorum Guilielmus de Zehender, M. D.

Philosophorum Hermannus Roesler, Ph. D.